Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxxxviij

cū eis stans et calefaciens se. Pōtifex ergo interrogauit ihm de discipul' suis: et de doctrina eius.
Rūdit ei ihs. Ego palam locutus sū mūdo: ego semp docui in synagoga et in templo: quo omnis iudei conueniūt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum eis. Ecce hi scūt quid dixerim eis. Hec cū dixisset unus assistens ministrorū dedit alapam ihu dicens. Sic rūdes pontifici? Rūdit ei ihs. Si male locutus sum testimoniū phibe de malo. Si aūt bene quid me cedis? Et misit eū annas ligatum ad caipham pontificem. Erat aūt simon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nūq' et tu ex discipul' eius es? Negauit ille et dixit non sum. Dixit ei unus ex seruis pontifici: cognatus eius: cui abscidit petrus auricula. Nonne ego te vidi in horto cū illo? Iterū ergo negauit petr'. Et statim gall' cantauit. Adducūt ergo ihm ad caiphan in prouū. Erat aūt mane. et ipi non introierūt in prouū. ut non cōtaminarent sed ut manducarēt pascha. Exiit ergo pylatus ad eos foras et dixit. Quam accusationē affertis adūsus hoīem hunc? Rūderūt et dixerūt ei. Si nō esset hic malefactor: non tibi tradidissem eū. Dixit ergo eis pylatus. Accipite eū vos et secūm legem vrām iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quēqm. vt sermo dni impleretur quē dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterū pylatus in prouū et vocauit ihm et dixit ei. Tu es rex iudeorū? Rūdit ihs. Ideo ipse hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Rūdit pylatus. Nūq' ego iudeus sum? Gēs tua et pontifices tradiderūt te michi. Quid fecisti? Rūdit ihs. regnū meū non est de hc mūdo. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei utiq; decertarent ut non traderer iudeis. Nunc aūt regnū meum non est hinc. Dixit utiq; ei pylatus. Ergo rex es tu: Rūdit ihs. Tu dicis. Quia rex sum ego: ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mūdū